Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift



135

extinguere. Loreſt unctio eius de qua iohannes loquitur: & ſpiritus de quo pau
lus ſpiritum nolite extinguere dicit. ipſa dei caritas intellegi que diffunditur
in cordibus noſtris per ſpm̃ ſanctum qui datus eſt nobis. Que cautiſſime ad obſer
uãda di mandata. cor quod implet & inflammat. que aperte inuentibus per
dituum & inuidiam extinguitur atq; diſcordiam. extinguitur & ſpiritus predica
torum qui audientibus ſalutis predicant uerbum. a contra dicentium reſiſtenti
um. & exaſperantium malitia auditorum ita. ut magis eis tacere libeat. quã
predicare delectet. Et ita fit. ut per exaſperationem auditorum predicatorib;
tollatur uerbum. Vnde & ẽ ezechiel dominus ait. Adherere faciam linguam
tuam palato tuo. & eris mutus. nec quaſi ut obiurgans. quia domus exaſperans
eſt. Venit quidam senex. ad alium senem & dixit unus exeis. Ego mortuus ſum
huic ſeculo. Alter uero dixit ei. Hoc confidas ne forte ipſum donec exeas de corpo
re iſto. quia ſi tu mortuus es. ſatanas mortuus non eſt. Dixit abba paſtor: Quia
ſemper homo humilitatem & timorem dei ita in ceſſabiliter reſpuere debet.
ſicut flatum quem naribus adtrahit uel emittit. Dixit iterum. Quia prouide
re ſe in conſpectu dei & non ſe ipſum extollere. & mittere poſt tergum pro
priam uoluntatem. ferramenta ſunt quibus anima operatur:

De Hociva curioſitate .lxxiii.

Paulus apoſtolus dicit: Rogamus autem uos fr̃s. ut quieti ſitis. & ueſtrum ne
gotium agatis. & operemini manibus ur̃is. ac ſi diceret. A bonis uos inqe
uidinis & curioſitatis abſtinere timeo. ut quieti facti ut ẽ agatis negotiũ. Ille
q̃ ſuum agit negotium. qui poſt poſitus curioſitatis uitio de ſalute ſua inceſ
ſanter eſt ſollicitus. Nam ille monachus alienum agit negotium. qui curio
ſitatis uitio ſuam obliuiſcitur uitiosam diſcutere uitam aliena inueſtigare ſolli
cite curat. Inde & ad eaſdem inſcla iſdem ait epiſtola. Audiuimus enim quoſdã
inter uos ambulantes inquiete: nichil operantes. ſed curioſe agentes. In hac breui
ſententia multum patuit monachorum reprehendi uitam. Inquietudinem
uidelicet & otioſitatem. & curioſitatem. & multiloquium. in quo ſecundum ſa
lomonem non effugitur peccatum. Inquietudo ergo. que & alio nomine curi
oſitas appellatur: grande eſt uitium. quia nec corpus quietum nec animam di
mittit ee̅ ſine peccato. Dum enim ſollicite aliorum domus circuit. uel aliena
acta curioſe perquirit. proculdubio immittit offendit. Nam curioſitatis uitio
indefinenter commutatur & otium. Otioſitas enim inimica eſt animę. Meliuſ
ẽ monachis ut obedientes ſint prepoſiti ſuis. ad omnem obedientiam imi
tatis fuę & cum ſilentio. ideſt abomni uitio inquietudinis. & curioſitatis. &
uerboſitatis. alieni. manibus operantes. ſuum panem manducent. & intelligãt